

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Quatum Exemplar. Tridvanæ Recollectionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

An pro acceptis beneficijs gratias debitas persolvere studieris; & quoties in die?

An etiam aduersa de illius manu cum hilaritate & aequalitate acceperis?

Quomodo in servitio Dei & perfectione proficere studieris? quod desiderium proficiendi in te sentias? quibus ad hunc finem medijs utaris?

Quomodo ad mortem, si hodie obeunda esset, paratus fores? quid te in tali casu magis angeret, vel solaretur?

II. Secunda occupatio erit lectio ordinarij libri, & duorum capitum ex lib. de imitatione Christi, nampe l. 1. c. 9. & lib. 3. c. 25.

QUARTUM EXEMPLAR TRIDUANÆ RECOLLECTIONIS.

Pro Sacerdote seriam Pœnitentiam facere volente.

Cum contingat interdum, ut Sacerdos aliquis pluribus vitijs, malisque consuetudinibus immersus, aut sponte resipiscat, & recollectionem quandam spiritualem instituere decernat, aut certè ad eandem faciendam superiorum imperio adigatur, idè ut talis quoque Sacerdos materiam ad finem sibi præfixum obtainendum idoneam pro triduana saltem collectione inveniat, placet eandem hoc loco assignare succinctius tamen, quam in prioribus fecerim, ut ipse tanto plus fratrij habeat ad peccatorum suorum gravitatem & multitudinem perpendendam, motivaque & media ad seriam commendationem conducentia excogitandi.

Quia verò, ut alibi monui, ad optatum ex tali recollectione fructum faciendum non parùm conduit, si Patronus quispiam eligatur, qui in simili olim statu constitutus, misericordiam ipsius clarius per experientiam propriam cognoverit, atque adeò patrocinio suo libentiū auxiliatur credatur, idè & pro hac recollectione S. Petrum Ecclesiæ Principem, & omnium Sacerdotum Patriarcham & Patronum singularem in auxilium specialiter vocandum, & velut pulcherrimum Pœnitentia exemplum ob oculos habendum censeo, de quo proinde & ipse meditationes potissimum instituentur.

DIES

D I E S P R I M A.

Tessera.

D Omine, ne memineris iniquitatum meorum antiquorum, sed citò anticipent me misericordiae tuæ, quia pauper factus sum nimis. ps. 78.

M E D I T A T I O I.

DE PETRO DELINQUENTE.

S copus hujus meditationis erit delictorum tuorum gravitatem cognoscere, ad quod non parum conducedit una pars peccati à S. Petro commissi gravitatem confidens ex altera vero parte, tua peccata cum peccato illius complices. Præmissis ergo orationibus consuetis & præludij orationis, quæ semper à te debito modo facta deinceps supponam.

In puncto primo considera, quā magna beneficia S. Petrus à Christo acceperit, tum per vocationem ad Apostolum; tum per tam salutarem instructionem verbo & exemplo fastam; tum per Sacerdotij collationem; tum per SS. corpus & sanguinem paulò ante porrectum; tum per contumeliam ad ipsum habitam, dum ipsum cum SS. Joanne & Jacobo transfigurationis & agonie suæ, aliorumque sanctorum suorum testes esse voluit; & ex horum beneficiis magnitudine collige, an non æquissimum fuerit, ut S. Petrus pro tot favoribus gratissimum se exhiberet, & præ reliquo Discipulis vehementius Christum amaret, & firmius ei abhæreret? Reflecte te postea ad tua quoque beneficia accepta à Deo, & vide, an non sicut similes favores acceperisti, ita similes quoque causas habueris, Deum ferventius amandis.

In secundo puncto considera qualitatem & gravitatem peccati à S. Petro commissi, quod scilicet sumum suorum Benefactorem, Magistrum, Patrem tam amabilem noscere negarit, idque jurejurando confirmari; cum ergo, teste S. Bernardo, nihil perinde displicat Deo, præsentium in Filio gratiæ, sicut ingratitudo, perpende, quantopere hac negatio Christo doluisse, & displicuisse debeat, utpote quæ summam

ingratitudinem involverit. Cum autem tu quoque per peccata tua similem negationem non tam verbis, quam operibus ipsi admiseris, an non dolorem & offendam tantò majorem Christo creaveris, quantò frequenter similia beneficia, manum SS Corporis & Sanguinis communicationem repetivit.

In tertio puncto considera, quod etiam ex repetitione negationis à S. Petro factæ non modicum pondus tali peccati accesserit, cum non ex fragilitate duntaxat, sed deliberata voluntate ortum se sumpsisse arguerit, atque adeò meritò Christo tantò magis displicerit, quanto minus post tot causam mandi S. Petro datas tam subitam aversionem exspectauit, ita ut meritò ad eundem dicere potuerit, quod Cæsar Imperator Romanus ad Brutum optimum Amicum suum dixit: & tu Brute: conclude itaque, cum tu non ter duntaxat, sed tristes forte, milliesque eundem Christum negaris, quantum per tot peccata displicantiam & dolorem Christi creaveris, & quam justas adeò seriæ pœnitentiae agendæ causas habes. Resolvè te itaque ad talē pœnitentiam, tibique dictum à S. Joanne Bapt. credito: *Pœnitentiam age, quoniam appropinquavit regnum cœlorum.* Sin autem, venio tibi Apoc. 2. Memor esto, unde excideris, *& age pœnitentiam,* *& prima opera fac: sin autem, venio tibi, & movebo candelarium tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.*

M E D I T A T I O II.

D E P E T R O P O E N I T E N T E.

Copus hujus meditationis est, cognoscere, quâ ratione S. Petrus de peccatis suis pœnitentiam egerit, pulchrumque adeò tibi similis pœnitentiae agendæ exemplum reliquerit. In primo puncto considera, quod S. Petrus non quamcumque pœnitentiam egerit, sed feriam valde, & magnam, id verba Evangelistæ Matthæi c. 26. testantur: *Egressus foras levit amare!* Quia scilicet illorum verborum Jer. 2. minet, & quasi à Christo sibi dicta credebat: *Secto, & vide, quia malum & amarum est, reliquissime Dominum Deum tuum, & non esse timorem (& amorem) mei apud te.* Vide ergo, an non similes flendi causas habeas, tibique illa Jerosolimæ VIII.

N n

mia

mix c. 9. verba appropriandi: Quis dabit capit nos apud
Oculis meis fontes lacrymarum? Et plorabo die noctis.

In secundo puncto considera, quod S. Petrus non contumelias fuerit, semel deflexisse peccatum suum, sed per totam ritam usque ad eum deplorari ut, teste S. Silvestro Papa, lacrymæ genas ejus excavaverint, & oculos quasi sanguinosos fecerint, quia videlicet sciebat dictum à Siracide Eccl. 5. De propitiatio peccato noli esse sine metu. Quam efficaces vel fuerint haec lacrymæ, testatur S. Leo S. 9. de Passione dicuntur: Sancte Apostole, lacryma tua ad diluendam culpam innotionis; Virtutem habuere sacri Baptismatis. Vide ergo tu, quam multò graviores habeas causas ob tot, tantum peccata tua semper adhuc plangendi, & cavendi, ne non peccatis cumulum peccatorum, & causas plangendi multiplices; cum, teste S. Gregorio in Pastor. uniuscumque mutantur pénitendo compunctionis sue bibat lacrymas, quantum se a Deo meminist amississe per culpas. Itaque dicit S. Ambrosius ad Theodosium tibi quoque applica, & quod illi de Davide dixit, hoc tu de Petro intellige: si secutus es invitantem, sequere et pénitentem.

In tertio puncto considera, quod nec hanc penitentiam contentus Petrus, aliam quoque satisfaciendi rationem longior perfectiorem adhibuerit, dum alios quoque quam plurimum a peccatis abstraxit, & ad similem pénitentiam perduxit, cum Christus, quod uni ex minimis suis factum est, filium suum reputet, tantum facilius ab eodem delictorum suorum veniam impetraret, quanto saepius ipsi hoc beneficium peccatoribus conversis praestitisset; unde meritum S. Jacobus c. 5. dixit: Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum, scire debet, quoniam quando converti fecerit peccatorem ab errore via sua, salvabit animam eius a morte, et operiet multitudinem peccatorum. Cum ergo & tu non minus Christum te offendisse agnoscas & ex altera parte tam bonam occasionem habeas, hoc maximum satisfaciendi genus usurpandi, vide, an non quemadmodum sit, ut vel hoc titulo ad animarum salutem strenue cumbas, & quam plurimos peccatores ad veram pacem tiam perducere studeas.

DIES SECUNDA.

Tessera,

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tua-
rum dele iniquitatem meam. psalm. 50.

MEDITATIO I.

DE PETRO RESPECTO A CHRISTO,
Sen

DE ADJUMENTIS AD VERAM POE-
NITENTIAM AGENDAM.

Copus hujus meditationis est, videre, quo potissimum
medio S. Petrus ad pœnitentiam tantam permotus sit, &
quomodo tu quoque illud adhibere debcas.

In primo ergo punto considera, quando & quomodo S.
Petrus ad tantas lacrymas & pœnitentiam permotus sit; sci-
lacet tunc, quando, teste S. Luca c. 22. conversus Dominus
respxit Petrum; hic enim aspectus Christi Petro pectus, ve-
stut acutissimus gladius transverberavit, & ut loco sanguinis
copiose lacrymæ fluxerint, effecit. Ex quo primùm, idque
summè necessarium conversionis & pœnitentiae adjumentura
colligere potes, quod est miseratio Dei ad pœnitentiam
moventis; Moysi enim dicit, Teste S. Paulo ad Rom. c. 9.
Miserebor, cuius misereor: Et misericordiam praefabo, cuius
misereor. Igitur non solentis, neque currentis, sed misere-
ntis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in
hoc ipsum excitaviste, ut offendam in te virtutem meam, Et
ut annuntietur nomen meum in universitate. Ergo, cuius
vult, miseretur, Et quem vult indurat. An non ergo merito
pro hac misericordia supplicas Deo, clamásque cum S.
Davide ps. 50. Miserere mei, Deus, secundum magnam misé-
ricordiam tuam?

In punto secundo considera, quòd respectus iste, quo
Christus Petrum respxit, non nuda miseratio fuerit, sed et-
iam illustratio copiosa, quâ Deus bonitatem suam infini-
tam tam multis argumentis antehac Petro demonstratam

Nn 2

ipf

ipſi in mentem revocavit, & illam quaſi querelam Jeremias
āterum repetivit: *Obſtupescite cœli ſuper hoc, & parti quae
deſolamini vehementer, dicit Dominus:* Duo enim mihi
fecit Paulus, (& Discipulus) meus. *Me dereliquerunt in
tempore aquæ vivaæ, & foderunt ſibi cifternas, cifternas diligentes,
quaे continere non valent aquas.* Hac nāmque illatione
errorem ſuum & ſultitiam ſuam clarissimè agnovere
trus, atque ad eundem detestandum & corrigendum tranſi-
pere commotus est. Vide ergo, quomodo tu quoque, da
Christus ſimili modo respicere te paratus fit, hanc illuſtrati-
onem pariter admittere, & conſideratione tantæ bonorum
tam turpiter à te deſertæ cum Anna Tobiae uxore c. 10. 10.
irremediablebus lacrymis, diceréque velis: *Huius domi-
neus, omnia in te uno habens, non te debebam dimitti
me.*

In tertio puncto conſidera, quod S. Petrus non contemnit
adjumento hoc ex parte Dei praefito, etiam ipſe ex ſuorum
cooperatus fit, & aliud adjumentum non minus efficaciter
ceſſarium adhibuerit, occaſionis ſcilicet, in qua laſpiſa
fugam; nam egreſlus foras eſt, teſte Evangelista, ſequen-
tia, qui ei peccati & lapsus occaſio fuerant, decimam
nouit quippe ſuceptum eſſe dolorem, qui non ſufficienter
ducit ad relinquendas occaſiones peccati; & qui amar-
culum, perire in illo. Vide ergo & tu, qua tibi haec tenet
caſio petra ſcandalii eſt, & memor doctriña à Chriſto
Marc. 9. datae: *Si manus tua scandalizaverit te, abſer-
bam, & projece ab te: occaſionem talem penitus reſolu-
juvat enim non quilibet res adepta, vel multipliata eſt
riū ſed potius deſiſa ex corde radicitus.* Hinc S. Auguſtinus ad ritè agendam pœnitentiam l. 2. conf. c. 12. pri-
mo co petebat occaſionis subtractionem, deinde primum reſ-
tendi virtutem, & affectionis ſanitatem; quia non igno-
bat videlicet, quod, ſicut in pestilentibus locis ſen-
tratus aër latentem corporibus mōrbum injicit, ita in
ſentiatur, etiam ſi ſtatim incommodum non

Ma

consuetudine ac converſatione maxima mala ha-

riantur, etiam ſi ſtatim incommodum non

fientiatur.

M E D I T A T I O II.

DE PETRO VINCENTE

Seu

DE IMPEDIMENTIS POENITEN-
TIAE REMOVENDIS.

Copus hujus meditationis est cognoscere, quānā impedimenta p̄cipiū S. Petro obstiterint, aut certè obstarē posuerint ad p̄nitentiam agendam, & quām efficaciter, fortiterque ea removerit, tibique iterum in ordine ad eundem finem, pulchrum imitationis exemplum reliquerit.

In primo itaque punto primum impedimentum p̄nitentia, quod S. Petro obstiterat, considera, difficultatis scilicet horrorem; hunc enim maximē obstarē p̄nitentia, satclarē Thomas Kemp. l. 1. c. 25. insinuavit, dum dixit: *Vnam est, quod multos à profectu ē serventi emendatione retrahit, horror difficultatis seu labor certaminis.* Sed hoc impedimentum fortiter vicit D. Petrus, dum non tam ad difficultatem hanc, quām paratum Dei auxilium respexit. Meminit nāque, quod Servator Matt. 11. dixerit: *Tollite jugum meum super vos; jugum enim meum suave est, ē onus leve,* propter gratiæ scilicet actualis conferendæ copiam. Vide ergo, an non & tibi hoc impedimentum haec nos obstiterit, & codem, quo D. Petrus, modo vincere stude. Eum in finem revolve, quid Angelus custos quondam Clienti suo dixerit simile impedimentum habenti; cùm enim haec Juveni ingens gigas apparuisset, & ipse ad certamen abo vocatus, congregati horreret, Angelus ei assistens hortatus est, ut tantum animosè invaderet illum, mox enim se auxilium præstirum, quod cùm fecisset, absque difficultate Gigantem superavit. Idem ergo & à tuo custode Angelo, ipsōque Deo fieri puta, idēque generosè aggredere difficultatem, & mox auxilium experiēre; nam, ut idem pius Author l. c. dixit, *illi maximē præcateris in virtutibus proficiunt, qui ea, quæ sibi magis gravia ē contraria sunt, virilius vincere nituntur;* nam ibi homo plus proficit, ē gratiam mereatur ampliorem, ubi magis seipsum vincit, ē in spiritu mortificat.

N n 3

In

In secundo puncto secundum impedimentum considerandum est falsa persuasio, quā homines peccatores sibi pertinet, nimis triste & melancholicum esse, p̄c̄nitiam agnoscere, cū talis p̄c̄nitens illud S. Bernardi dictum (quod Martinus Faber in conc. 4. de S. Magd. refert) usurpare debet; nō enim est nisi propositum, nunquam ridendi, quoniam non dicitur ex ore DEI illa Verba: Venite benedicti neque atra desinam, donec liber sim ab illa sententia: Ite maledicti signem aeternum. Sed & hoc impedimentum facile rejecit Petrus, quia jugum Domini suave esse, non modò firmans credidit, sed propriā etiam experientiā didicit, unde & ipsa prima sua Epistola c. 1. Christianos ad ejusmodi tentationes vincendam propositā lātitia fecitura hortatur dicentes: quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in rebus temptationibus. quanta autem sit hāc lātitia futura, nō lō pōst insinuat his verbis: Credentes autem exultabit lātitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fiducia salutem animarum. Vide ergo & tu, an non tibi quae hoc impedimentum hactenus obſtiterit, & fallamur in opinione corrige, certò tibi persuadens, maiores te soli diorēsque consolationes reperturum in p̄c̄nitentia, quamvis mundanas consolationes, cū, si gaudium est in hō Mōndo, hoc utique possideat pura conscientia, teste p̄thore l. 2. c. 6. hujus autem cerrissimum testimonium lacrimae p̄c̄nitentis, ut quæ, teste S. Augustino l. 11. ad fratres, sunt aqua salutaris, per quam omne peccatum defertur. Unde meritò S. Chrysostomus ho. 12. in Epist. ad Colossos ait, nihil esse his lacrymis jucundius, & quovis risu illarum jucundiores. Sciant, quis lugent, quantam hac res habet voluptatem. illam videlicet, de qua Servator Matt. 5. dicit: Beati, qui lugent, quoniam consolabuntur.

In tertio puncto considera tertium impedimentum, quod est respectus hominum, à quo, sicut S. Petrus ad peccatum inductum fuisse cognovit, ita, ne deinceps amplius à patientia impediret, sedulò cavit, unde in sua Epist. 1. c. 3. dicit: quoque ad eundem respectum & timorem hominum viderunt sollicitè hortatur, dum ait: Et quis est, qui vobis nesciat boni amulatorum fueritis? sed & si quid patimini pro iustitiam beatu. Timorem autem eorum ne immergitur.

in confusione sibi peccatum agnoscere. Non enim agnoscere peccatum est, sed peccatum agnoscere. Considera ergo, an non & tibi respectus de non modicum ad pœnitentiam obstaculum objecerit? in non apud te quoque, in animo saltem, auditum sit vulgare illud: quid dicent homines? quare vel deinceps corrigere timorem istum, serio conferens causas, ob quas DEUM magis respicere & timere, quam homines debeat, cum horum favori si vanus, instabilis, infirmus, & parcus; divinus autem favor solidus, constans, liberalis, potentissimus, atque adeo plus appetendus, quam omnium hominum maximus favor. Dic ego & tu, si homines absterrere à pœnitentia volunt, cum S. Petro: Obedire (& respicere ac placere) oportet DEO magis, quam hominibus; si enim hominibus placerem, Christi servus non essem. Oculi ergo mei deinceps semper ad Dominum sunt directi.

DIES TERTIA.

Tessera.

Domine patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.
Matt. 18.

MEDITATIO I.

DE FERVENTE PETRO.

Copus hujus Meditationis est, cognoscere fructus pœnitentiae, quos S. Petrus ex sua conversione retulit, ut & tu per illos ad similem pœnitentiam exciteris.

In primo puncto considera primum fructum pœnitentiae, qui in ipsum Deum redundabat, amor scilicet vehementissimus, quo D. Petrus in Deum rapiebatur ex consideratione præteriti peccati, cum enim ipse Christus Luc. c. 7. dixerit, cum, cui plus dimittitur, plus diligere, æquissimum meritum agnoscebat, ut, quoniam tam gravem culpam sibi tam benignè remiserat Christus, ardentius quoque ipsum diligenter; hinc Jo. 21. rogatus à Christo, an ipsum plus his (cæteris scilicet Apostolis) diligenter, intrepide respondit: Tu scis, Domine, quia amo te. Cum ergo & tibi non unum duntaxat, sed tot, tamque gravia peccata, & quidem toties remissa esse agnoscas, vide nunc, quam efficacem stimulum ad similem,

Nn 4

imē

imò vehementiorem amorem eliciendum, atque adeò pri-
mum hunc fructum participandum habeas, ut de te quoque
suo modo dici queat, quod Christus S. Magdalene, licet in
alio sensu dixerat; *Remissæ sunt ei peccata multa, quoniam*
(aut potius ideo) *dilexit multum.*

In secundo puncto secundum pœnitentia fructum, qui
proximum redundabat, considera, scilicet commiserationem
insignem cum alijs in peccata lapsis; hinc tam suavitatem
pœnitentiam & sanctitatem vitæ hortatur dicens; *Cher-
mi, obsecro vos, tanquam advenæ & peregrinos ab his
vos à carnalibus desideris; eratis enim sicut oves errante-
sed conversi estis nunc ad Pastorem & Episcopum animam
vestiarum.* Hunc ergo fructum & tu sane abundanter per-
cipabis, si per pœnitentiam propria tua peccata frequen-
tia obijicias, tunc enim illis pīj Ascetæ verbis l. i. c.
te ipsum excitabis ad commiserationem, dicésque: *Stude-
tiens esse in tolerando aliorum defectus, quia & tu multi-
habes, quæ ab aliis oportet tolerari.* Si non potest tolerari-
cere, qualem vis, quomodo poteris alium habere ad benefi-
cium? Si tu eum tot auxilijs torries, & tam graviter lapsus
quid mirum, si alij tantis subsidij carentes interdum cadant?
Nunc autem sic DEUS ordinavit, ut nemo sit sine defectu,
nemo sine onere, & sic discamus alterius onera pos-
tare.

In tertio puncto considera tertium fructum pœnitentia
qui in ipsam S. Petri Personam redundabat, eratque eximius
fervor, quo præteritam vitam corrigere, & neglectum mer-
itorum cœlestium lucrum resarcire studebat, quem quidem
fervorem in tribus præcipue occasionibus ostendebat.
1. In vehementi odio & fuga omnis peccati, & concupiscentia
ad peccatum inducentis. **2.** In vehementi studio omni-
affectus, sive in occulto, sive publico suscepimus cum mag-
nitudine & perfectione obsecundi. **3.** In vehementi des-
iderio multa pro DEO, graviaque patiendi. Quæ omnia non
ex Actis Apostolorum, tum ex vita ipsius passim ab Authori-
bus descripta patent. Aspice ergo & tu, & imitare hoc eximiu-
plar, tantisque fervorem majorem ostendere stude, quam
gravius te, sacerdosque deliqueris, adeoque & jacturam mer-
itorum grandiore fuisse passum cognoscis. Sequitur con-

ad eò pte quaque
te, licet in
i quantia
um, quin
feratione
viter con
; Chrys
es abstine
es errant
anima
inter pri
frequen
s l. i. c. t.
: Studi
tu mult
e ralem
id benefi
er lapsus
um cedat
e defec
onera po
eximenta
ue eximi
stum me
m quide
debat.
upilcent
dio omni
um maga
menti del
omnia cum
o Author
hoc exi
e, quan
am mor
ere co
liss

ium S. Pauli ad Ephes. 5. c. dicentis: *Videte, Fratres, quoniam docant ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimenter tempus;* tunc autem juxta S. Thomam in loc. cit. redimitur tempus, quando quis tanto magis vacat bonis operibus, quanto prius instituit malis; nam, ut S. Hieronymus ad Paulinum scripsit, *subitus calor longum temporem viciat;* & acceleratus equi cursus omnem priorem tarditatem compensat.

M E D I T A T I O II.
DE PETRO CONSTANTE.

Id est,

Perseverantia pénitentiae procuranda.

Copus hujus Meditationis ex ipso titulo facilè patet, quodq; nempe aliud non sit, quam constantia in suscep^tto Pénitentie exercitio, ut, si cum D. Petro male cœpisti, saltē cum eodem finias bene.

In primo puncto considera, multis quidem ex capitibus laudabilem fuisse D. Petri pénitentiam, sed eo maxime, quod tandem in finem usque continuārit, & operi laudabiliter incepto gloriosam coronidem imposuerit, dum generosam de Tyranno victoriā reportans, cruci affixus inter ardentissima amoris ad Magistri sui conspectū anhelantis suspiria vitā finivit; hinc alios eriam Christianos tam efficacibus verbis ad simile perseverantiahortatus est in c. 2. ep. 2. dicens: *Si enim regnientes coinquinationes Mundi in cognitione Domini nostri Ī Salvatoris IESV Christi, his rursus implicati superratur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus; melius enim erat illis, non cognoscere & iam justitia, quam post cognitionem retrosum converti ab eo, quod illis traditum est; sancto mandato; contigit enim eis illud Veri proverbiū: Canis reversus ad suum vomitum, & sus lota in solutabro lutus.* Vide ergo & tu, quomodo illius exemplo excitatus, similem deinceps in tua pénitentia perseverantiam obtinere velis.

In secundo puncto considera, quibus motivis se ad tales perseverantiam D. Petrus excitaverit, tribus videlicet. 1. Per exemplum Christi, qui obediens fuit usque ad mortem,

N n. 5

ita

Ita ut jure merito ante obitum dicere potuerit: *Consummatum est.* 2. Per DEI constantiam in beneficiis ipsi Petri non solum in hac vita collatis, sed etiam per totam æternitatem conferendis; quidni enim æquissimum putaret esse, ut ipse vicissim constanter tantum Benefactorem diligenter, modico saltu tempore, quamdiu scilicet vita præfere deraret, gratum se exhiberet? 3. Per necessitatem hujus perseverantiae, sciebat namque dictum à Magistro suo Martin. *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Extrum Luc. 9. *Nemo mittens manum ad aratum, & refrigerio retro aptus est regno Dei.* Sed & meminerat, quā amicis olim sequentibus verbis sit allocutus: *Vos estis, qui mansistis mecum in tentationibus meis,* & ego disponui sicut disposuit mihi Pater meus regnum; ut edassis super mensam in regno meo. Perpende itaque, quā cæcacia fuit hæc motiva ad te quoque excitandum, ut in Perpetuæ nunc proposita & inchoata ad finem usque vitæ perseveres, confidens cum S. Paulo in hoc ipsum, quia, qui coepit in te opus bonum pœnitentiae, etiam perficiet usque in dien JESU Christi; illudque DEI dictum Apoc. 2. tibi applicat: *Esto fidelis usque ad mortem,* & dabo tibi coronam. *Certè spes omnes nostræ in consummatione consistunt;* telle Eusebio hom. 5. & ideo Jacob Patriarcha olim vidit DEUM in summitate & fine scalæ, non medio vel principio statim, ut indicaret, non sufficere bene cœpisse, nisi consummatio accedat; unde nemo coronabitur, nisi qui legitimè perseveraverit, ut rectè S. Apostolus 2. ad Cor. 2. dixit.

In tertio puncto considera, quem fructum S. Petrus ex sua perseverantia retulerit, videlicet ut perinde ac S. Paulus 2. ad Timoth. c. 4. dicere potuerit: *Bonum certamen corredi, consummavi cursum, fidem servavi, de reliquo resista est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Index.* Vide ergo, & bene perpende, quā pretiosus & optabilis sit hic fructus, dignusque ob quem magna cum alacritate pœnitentiam etiam durissimam suscipiat & ad finem vitæ usque continues; si enim Deamon ut in spec. Exempl. dist. 9. ex. 63. refertur, aliquando fateri autus est, quod omnes omnium Damnatorum pœnas usque ad exterritum judicij diem libenter toleraturum, modo DEUM vel uniu-

momento aspicere liceret; quanto magis tu amarissimam quantumvis pœnitentiam tantum usque ad finem vitæ, qui forte brevi aderit, suscipere, & continuare debes, ut DEUM per totam æternitatem aspicere queas. Unde meritò S. Hieronymi² cuidam ob difficultates & molestias in eremo tolerandas territo hoc remedium suastis dicens: *Infinita eremis habitat te terret et in Paradisum mente deambula. Quoniam illuc cogitatione concenderis, toties in eremo non eris.* Quare audi consilium S. Pauli 1. ad Cor. 15. monentis audi: *Fratres mei dilecti, stabiles esto, immobiles, abundantes in omni opere Domini (quale utique præ reliquis est vita pœnitentia & emendatio vitæ) semper scientes, quod labor vester non est inanis in Domino.*

OCCUPATIONES

Reliquæ pro hoc triduo.

I. Præter has sex Meditationes, reliquum tempus partim in confessione generali facienda; partim in inspiciendo animæ statu ad similem aliquem modum, qualis in prioribus tribus exemplaribus assignatus est; partim in lectio spiritali libelli alicujus pij, & ad propositum tuum idonei consumes: Ejusmodi autem libelli exempli gratia esse possunt, Claudi Viexmontij Libellus de pœnitentia agenda. Ludo-vici Granatenfus Dux Peccatorum. Hieremij Diæxelij Æternitas, vel Tribunal sacrum. Item vitæ aliquæ Sanctorum, qui veram & rigidam pœnitentiam egerunt, ex Petro Ribæneira, vel alio simili libro selectæ. Nec ipse eriam libellus de imitatione Christi omitti debet, ex quo lib. 1. c. 25. 18. & 21. hoc triduo legi possunt. Quod si verò occasionem habueris, etiam pœnitentias alias externas v. g. flagellationem, cilicij gestationem, jejuniū, humicubationem suscipiendi, istas quoque perutiliter assumes, nec modicum ad propositum finem subsidium experiēris.

II. Si autem hæ Meditationes minus tibi arrideant, poteris sex alias Meditationes pro eodem tuo fine conduceas, vel ex Sacerdote Christiano vel Exercitiis P. Jacobi Masenij assumere. Ex priore quidem libello servire præcipue poteris pro prima Meditationes tres fol. 58. 61. 62. de benefi-

cio

cio & Scopo, Vocationis ad Sacerdotalem Statum, donis
& gratiis eximiis huic Statui annexis, quæ proinde res
ditationes in unam conjungi poterunt. Pro secunda ac
poterit quarta Meditatio ibidem assignata de gravitate pa-
catorum, quæ à Sacerdotibus committuntur. fol. 61. Tu-
teria sumi posset quinta ordine de morte eorum, qui in le-
bris Monasteriis vitam traduxerunt. fol. 68. Pro qua-
serviet sexta de ultimo examine & judicio Sacerdotum. fol.
70. Pro quinta Meditatio septima de luctuosissimo sum
Sacerdotum damnatorum. fol. 73. Pro sexta serviet ofere
de cælestis gloriae mercede piis Sacerdotibus præparata.
76. cui etiam nona de cælestis patriæ bonis à Sacerdotio
affectu experendis jungi poterit. Pro lectione vero serm
possunt reliqua capita, quæ toto illo libello continentur.
Masenii vero Exercitiis assumi possunt à fol. 447. illz. qu
ibidem ex instituto pro personis Ecclesiasticis sunt compo-
ta. Prima de fine & vocatione Ecclesiasticorum l.c. 45
sounda de peccatis Ecclesiasticorum sollicitè vitandis.
457. Tertia de gravi judicio DEI Ecclesiasticis impro-
imminente. fol. 465. Quarta de sanctimonio Ministeriorum
Ecclesiæ, vi ordinationis, requisita. fol. 476. Quinta
doctrina & virtute Ministeriorum Ecclesiæ. fol. 487. Sen-
de obedientia, castitate & paupertate corundem Ministrorum,
fol. 498. quibus lectionis spiritualis loco jungi possunt
etiam septima de charitate, Zelo, & patientia. fol. 509. E-
octava de perfectione & conjunctione cum DEO Sacra-
bus necessaria. fol. 517.

III. Ut ergo totum hunc tractatum de Theologia My-
ea seu sacro secessu rite instituendo concludam, sic tibi
rum, quæ in eodem dicta sunt, usum sedulum & crebro
eommodo, ut meritò cum S. Davide Ps. 76. dicere pos-
Memor fui DEI, & delectatus sum, & exercitatus sum;
defecit Spiritus meus. Cogitavi dies antiquos, & annos
ternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum cur-
meo, & exercitabar, & scopebam Spiritum meum. Numquid
in eternum projectet DEV'S, aut consinebit in ira misero-
dias suas? Et dixi, nunc ceipi; haec mutatio dextera
selfi.